



Universitätsbibliothek Paderborn

Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Hyemalis - A Dominica I. Adventus Domini nostri usque ad
Dominicam Septuagesimæ

Haineuve, Julien

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Feria 5. De Virtute quæ est opposita vitio Avaritiæ. Ad hæc Virginis Matris
verba, Esurientes implevit bonis, & divites dimisit inanes. Omnis copia
quæ Deus non est, egestas censenda est.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44194

FERIA QUINTA.

DE VIRTUTE QVÆ EST OPPOSITA VITIO AVARITIÆ.

*Deposituit potentes de sede : & exaltavit humiles.
Esurientes implevit bonis, & Divites dimisit
inanes. LUC. I.*

VERITAS PRACTICA.

Omnis copia quæ Deus non est, egestas censenda est.

RATIO EST. Quia non nisi egestas censeri debet illa copia quæ nihil prodet viro copioso, in summa ejus necessitate.

Sed talis est copia quæ Deus non est.

Ergo egestas censenda est ; Ac proinde nihil dicitur sine Deo.

I. PUNCTUM.

PERGIT magnificare Dominum Beatisima Virgo, & in ejus magnificencia commendationem adducit quod potentiores quosque et humilior, eosque præcipue qui suis pia fidei eis divitis, semini voluntarie Deo subiecti, quasi nihil ab illo dependant : sed miseri tandem eo inopie & calamitatis redigentur, ut cum abundantiores esse putabant, egestiores se sentiant. Quod & passim Scriptura commenofat, Quoniam dives sicut flos faciei transibit, exoriens est enim sol cum ardore, & arefecit faciem, & flos ejus decidit & decat vultus ejus deperiet, ita & dives in itineribus suis marcescat.

*Jacob. 1.
Is. 40.
Bar. 3.*

*Lib. 10.
Conf. 8*

Hinc illa est celeberrima Veritas, ex S. Augustino de prompta, Quod omnis copia quæ Deus non est, egestas est. Id est, omnia terrena, temporalia, & humana, si tantum in se considerant, nec ad Deum, & ad salutem æternam referantur, non sunt verae divitiae, sed merainopia, miseria & egestas ; Unde ad Veri-

tatis proxim, sequitur, sic avertendum esse animalium ab illis bonis terrenis, ut in solis spiritu libus & æternis acquiescamus. Sic autem Veritas declaratur,

Quæcumque tandem sit rerum humanarum copia & abundantia, si possessori suo nihil proficit in summa ipsius necessitate, profectio non nisi egestas & inopia censenda est ; ut si quis abundet rebus quæ paullum proflus habent usum in ea mundi parte ubi vitâ agit ; Nonne hæc rerum abundantia tunc erit illi inutilis, & merainopia ? Sic alius abundet prædiis, peculium inde proventum, nullam pecuniam, nec ullum deniq; redditum recipiat, quo se sustentare possit ; nonne illa prædiorum copia, egestas est ? Abundet alius pecunias, nec panem aut ullum alimentum sibi compitare possit, ut accidit in oblesia civitate ; nonne illam pecuniarum copiam, tunc meram in opere & ergo statim dixeris ? Abundet denique paib; & alimentis, morbo autem vel captivitate ita derinccatur, ut cibo uti nullo queat, siveque fame intereat ; nonne tum inopiam reputabis qualibet copiam ? Quid mihi divitiae, inquit Poeta, si non conceperit ulus ? sic noster Sapiens, Quid proficit stulto habere divitias, cum sapientiam emere non possit ? Quia scilicet ad hunc est. Cum nihil proficiunt divitiae, vel potius quasi dicaret, nihil proficiunt stulto divitiae, cum usque ad non possit stultus, nec usque se stultum liberare,

Prov. 17

Patet itaque quantum vera sit universim prima propositio ; Atque in istis sensilibus, sat ex se notis, utile est aliquando immorari, ut inde ad interna & æterna quæ sunt minus ex se cognoscatur.



*v. Cor. 15. pē. Deus instruit, Ut non prius quod spiritu-
latus. talis est; sed quod animale, deinde quod spir-
ituale, ut ait Apostolus. Unde & Dominus:
Adhuc & vos sine intellectu estis? quando sci-
licet ex illis cogitatis, ad incognita non per-
transitur. Nunquid hoc tibi posse obiecere?*

nus dies prateremtis. Insi autem in perpetuum
vivent. Et apud Dominum est merces eorum.

Utinam ex his saperes & intelligeres, ac no- Deut. 32.
vissima provideres.

III. PUNCTUM.

Ran. 8.

Sap. 5.

II. PUNCTUM.

Sed talis est copia qua Deus non est. Id est, quicquid sit quod habeas, nisi habeas illam divinam Gratiam, per quam Deus nobiscum habitat, & nos cum illo; per quam Filius Dei sumus, & heredes eius, coharedes au- tem Christi; Ni si habeas virtutes & opera quae sunt necessaria ad Gratiam illam conservan- dam, illamque hereditatem aliquando con- sequendam: Nihil habes quod tibi prosit in tua summa necessitate. Nam hec est tua summa necessitas, Salvum & beatum esse, cui ne- cessitatihil profunt divitiae, nisi fuerint fru- tuosè propter Deum impensa; nihil profunt dignitates, nihil doctrina, nihil artes, nihil au- thoritas, nihil denique aliqd quam quod spir- ituale est & divinum. Quid nobis, inquit, profuit superbia? aut divitiarum jactantia quid contulit nobis? transiunt illa tanquam umbra, & tamquam nuncius percurrunt, & tamquam nubes qua pertransit fluctuantem aquam, aut tamquam avis qua transvolat in aëre, aut tamquam sagitta missa in locum desi- natum, divisus aer in se continuo reclusus est, ut ignoretur transitus illius: sic & nos nati con- tinuo deservimus esse, & virtutis quidem nullum signum velimum ostendere; in malignitate nussem nostra consumpti sumus. Talia dixerunt in inferno hi qui peccaverunt, quoniam spes impie tamquam lanugo est que à vento tollitur & tamquam spuma gracilis que à procella di- fergitur, & tamquam sumus qui à vento diffusus est; & tamquam memoria hospitis u-

O MNIS igitur copia qua Deus non est, ege- stas condenda est; Quandoquidem copio- so illi viro nihil prodest in summa sua necessi- tate; unde & Job aptissime: Dives cum dor- miserit, nihil secum auforet; aperiet oculos suos & nihil inventiet; apprehendet eum quasi aqua inopia; nocte opprimet eum tempestas. Et Sapi- ens de codem divite seu de quovis affixo re- bus humanis; Laborare non cessat, nec satiantur oculi eius divitij, nec recognit dicens, Cui la- boro, & fraudo animam meam bonis! Certe quando hoc unum esset, quod idem Sapiens toties ingeminat, nihil ex humanis rebus es- se, quo animus hominis satiari & refici possit, satis esset ad indicandum, quām sint egēna omnia; & omnis copia, qua Deus non est, quam sit mera egestas, cum solus Deus animum pos- sit explere: sed quia paucis hæc sapiunt, mul- tis vero terrena & caduca, ut defiebat Aposto- lus; Animadvertant hi saltem, quō tandem abi- turta sint omnia! quis eorum finis & exitus? quid in morte, quid in judicio, quid ad felici- em æternitatem magis juvet humilitas an glo- ria? paupertas an divitiae? voluptas an deliciae? Vir insipiens non cognoscet, & stultus non intelli- get hac. Nimur hic est stultus, qui se beatum & felicem prædicat & cui a Deo dicitur. Stulte, hac nocte animam tuam repetunt à te, quā au- tem parasti cuius erunt: sic est qui sibi the- saurizat, & non est in Deum dives.

O saepē inculcanda verba!
O saepē iteranda sen-
tentia!

Vide Verbo, Divitiae, Avaritia,

Iob. 27.

Ecol. 4.

Phil. 3.

Pf. 92.

Luc. 12.